Bechmann, Friedemann: Institutiones Logicae Ex Aristotele, Eiusque optimis tum Graecis tum Latinis Interpp. concinnatae
Gotha, 1677 [VD17 39:135095N] Seite 277b



esse, id probatur ex eô, quia si contrariæ simul essent veræ, veræ quoque essent contradictoriæ, quod absurdum e.g. si veræ essent hæ contrariæ: *O. homo est doctus*, *N. homo est doctus*, esset etiam vera, quæ sub universali negante continetur, nempe *Q. homo non est doctus*, (vera enim subalternante, vera quoque est subalternata) veræ igitur erunt hæ duæ: *O. homo non est doctus*, *Q. homo non est doctus*, quæ sunt contradictoriæ. Quod etiam subcontrariæ non possint esse simul falsæ, probatur, quia h. m. possent contradictoriæ simul falsæ esse, e. g. si hæ duæ subcontrariæ simul essent falsæ: *Q. homo est animal*; *Q. homo non est animal*, falsa quoque esset illa: Omnis homo est animal, quæ est subalternans majoris (falsa enim subalternatâ falsa quoque est subalternans;) falsæ igitur essent hæ duæ: *O. homo est animal*, *Q. homo non est animal*, quæ sunt contradictoriæ.

## Cap. IX.

## De ÆQVIPOLLENTIA ENUNTIATIONUM SIMPLICIUM ABSOLUTARUM.

### I.

Oppositionem excipiat aliud prædicatum respectivum enunciationum sim-



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/bechmann1677/0569
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg